



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

76. An qui in articulo mortis sumpsit Viaticum, teneatur iterum illud sumere, si peccauit mortaliter? Ex p. 5. tract. 3. res. 43. p. 207.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. LXXVI.

An qui in articulo mortis sumpsit Vaticum, teneatur iterum illud sumere, si peccauit mortaliter? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 43.

Sup. hoc in Ref. præcepta s. vlt. & in ref. 43. **A**ffirmatiuam sententiam docet Sotus in 4. diff. 12. quæst. 1. artic. 11. Tabiena ver. communio, num. 16. A rimilla eodem ver. num. 11. Sed ego negatiuæ respondeo cum Hurtado de sacram. Euchar. diff. 10. diff. 2. Kellifonio tom. 2. in 3. part. quæst. 80. artic. 11. p. 2. Ioanne de Lugo de sacram. Euchar. diff. 16. scilicet 3. num. 46. & Ochagavia de Sacram. tract. 2. de Euchar. quæst. 14. n. 8. quia est maxima differentia inter sacramentum Eucharistie, & sacramentum Pœnitentie. Nam si quis in articulo mortis semel suscepit resolutionem sacramentalem, vt latisfaciat præcepto illius temporis, & posse peccet mortaliter in eodem articulo, tenuerit iterum recipere absolutionem sacramentalem, quia talis absolutione est medium necessarium ad salutem pro omni tempore, quo quis lapsus sit in peccatum mortale. At vero si quis in articulo mortis receperit Euchariastiam, non tenuerit eam iterum in eodem articulo recipere, licet postea incidat in graue peccatum, quia Euchariastia non est necesse ariæ necessitate medij ad salutem, sed solùm necessitate præcepti, quod præceptum imponitur in articulo mortis, vt Euchariastia sumatur tamquam Vaticum, & in memoriam passionis Christi, quod cum iam semel præsumit sit præceptum, iam deinceps non obligat pro illo articulo, sed pro alio.

RESOL. LXXVII.

An si quis in articulo mortis recipiat a suo Parochio Vaticum, & postea lapsus est in peccatum, iterum illud petere, deberet Parochios ministrare? Et explanatur, quando in eadem infirmitate possit infirmo non ieiuno, qui recipit Vaticum, iterum aigue iterum sacram Vaticum ministrari. Ex patt. 11. tract. 6. & Msc. 6. Ref. 17.

Sup. hoc sup. p. 5. vlt. Ref. 75. & in Ref. 76. **A**d hoc dubium responderet Ioannes Pontius in Cur. Theol. diff. 44. quæst. 16. concil. 4. num. 98. sic enim ait: Quæres, an qui postquam in mortbo, vt teneatur iterum communicare, peccauit mortaliter, teneatur iterum communicare? Sotus existimat, quod sic, quam doctrinam existimat Cardinalis de Lugo esse contra proximam Ecclesiæ quia, inquit, nullus Parochus daret hodie Vaticum non ieiuno, cui heri dederat illud non ieiuno, licet dicteret se peccasse postea mortaliter. Credo tamen cum non confunduisse omnes Parochos, sed solum id conicisse ex principiis, quibus videbatur sibi colligere, quod præceptum id non exigere; que principia propter potius proponenda essent, quam illud alias incertum, quod nemo id faceret. Et certè ex illa praxi non solùm colligeretur, quod non obligaret ad id præceptum, sed etiam, quod non possit iterum communicare; quod tamen vix potest ne probari. Ego existimo proximam illam in hoc fundari potissimum, quod si iterum daretur Vaticum, denegaretur in cognitionem, quod infirmus post primum Vaticum peccasset mortaliter; quia omnes concedunt non debere dari iterum, præterea si infirmitas post primum Vaticum valde diu non protraheretur, nisi quis peccare postea mortaliter, non est autem verisimile, quod cum tali fama dispendio

Tom. II.

obliget præceptum: Vnde putarem sententiam Sotii non solùm turiorem, sed probabiliorem, quando infirmus peccaret mortaliter publicè; nec facilè poterit Cardinalis doctissimus probare id nullo modo esse contra proximam Ecclesiæ. Huc usque Pontius.

2. Sed scilicet ego teneam, infirmum post sumptum Vaticum, si peccat mortaliter, non obligari ad iterum illud sumendum, quia iam satisfecit præcepto diuino de sumendo Vatico tempore mortis, & de peccato commisso post sumptum Vaticum potest confiteri, quod me citato teneret, & probat Pater Franciscus Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 9. quæst. 5. num. 36. tamen ea quae supra dicit Pontius mihi non placuit. Primi, quia non est verum, quod sumptu semel Vatico non possit dari, vt patet ex communi praxi Ecclesiæ, & docent contra Vasquez, & paucos alios communiter Doctores, quos me etiam citato adducit, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 7. diff. 5. quæst. 39. sed nescio unde potest ori ori scandalum quod timet Pontius, si infirmus de-

novo petat Vaticum, quia potest hoc facere ex devotione, vt communiter efficiunt, etiam si infirmus non fuerit lapsus in aliquod peccatum. Deinde neque est verum quod non sit dandum Vaticum, vt vult Pontius, nisi infirmitas validè diu protrahere. <sup>†</sup> Sup. hoc tut: nam post sex, inquit ut ego teneo; post tres dies inf. in Ref. iterum Vaticum infirmo porrigidum esse existimo 83. 84. & 87. Et aliqui plus addunt singulis quibusque diebus, vt & in Ref. 78. §. vlt. ad ex Layman, & Hurtado probat, & tener Leander mediū. ver. vbi supra quæst. 40. cui addit Dicatillum de Sacram. tom. 1. tractat. 4. diff. 9. dab. 16. num. 334. & idem num. 342. firmat, & gratum pro sumendo Vatico posse se gerere pro exemplo, & non comprehensio in lege ieiunij, & adeo ad illud non teneri. Vide alios quos alibi cuita. Vnde ex his appetet quoniam parum modestè protulit aliqua verba Pater Hurtado de Chocolata, & Tabaco, tract. 2. cap. 10. §. 3. num. 175. vbi sic ait:

[Lo segundo limito, quando el enfermo peço mortalmente despues de auer recibido el Vatico, puede, aunque no este ayuno, tornar a comulgar; porque con el pecado mortal se quite la uunion que tenia con Christo, que es proprio efecto deste Sacramento, la qual uunion mediante la caridad, y la Euchariastia, quieren Christo, y la Iglesia que la tanganos los fieles quando falen desta vida, y por esto los Concilios, y Sagrados Canones la llaman, Vaticum necessarium. Y asi parece que tiene aqui lugar la epicheia, de que no se guarde al ayuno natural, para comulgar; pero por sola deuocion, y mayor aumento de gracia, y adquirir mayores auxilios, lo tengo por falso; porque si abre gran puerta con no pequena irreverencia de este Sacramento. Proprier cuius bonorum placuit Spiritus sancto quod prius in nos Christianos Corpus Dominicum intraret, quam reliquæ cibi; nam ideo per emiuersum Orbe mos iste seruatur. Come dixe S. Agustin. cap. 2. Y verdaderamente esta es la costumbre de la Iglesia, que à ningun infirmo, in via infirmitate, sele da mas de una vez el Vatico y à esto deuen estar muy atentos los Parochos, y Obispos, porque si se abre la puerta à las opiniones referidas, que dan rienda en esta materia, se seguiran no pequeños inconvenientes. Ita ille, & miror quomodo ausus sit vocare opinionem falsam, quam communiter docent Doctores præter ipsum, & paucos alios, & quam docet aperte Rituale Romanum iussu Pauli V. editum; & quod voluit ab omnibus Episcopis obseruari: sic itaque habet Pontifex: Quod si ager, sumptu Vatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis euaserit, & communicare voluerit, eius pio desiderio Parochus non debet. Cum igitur Pontifex decernat, si post Vaticum velit infirmus

Sup. hoc inf. in Ref. 83. & alii eius not. & hic inf. in ipso met. §. ante medius. ver. Peto por folia.

N.  
I.  
Hæc sententia, & in co. 1. tr. 7. Ref. 57. §. vlt. & legi doctrinam Resolutiōnot. præceptu,

<sup>†</sup> Sup. hoc in Resolutionibus not. primus huius §.